In Nomine Sanctissimæ et Indiuiduæ Trinitatis Patris

et filij, et Spiritus Sancti Amen. **Nouerint** universi, et singuli hoc presens publicum transumpti Instrum. visuri lecturi, inspecturi, pariter, et audituri, quod Nos **Marcus**
Antonius Franciottus Prothon. Aplicus utriusq. Sig. S.mi D. N. Papæ Ref., necnon Curiæ Causarum Cam. Aplicæ gnlis Aud. Romanæq. Curiæ Judex ord. sententiarumq. quoq. et censurarum tã
in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac litterarum Aplicarum quarumcumq. vniuersis et merus executor ab eodem S.mo specialiter deputatus ad instantiam, et requisitionem Antonij de Mello laici
et Marianæ etiam de Mello mulieris Hispalen. ac aliorum contra quoscumq. sua communiter, aut diuisim interesse putantes, eorumq. procuratores si qui tunc erant in Romana Curia pro eisdem
ad dicendum, et excipiendum quicquid uerbo, uel in scriptis dicere, uel excipere uoluerint con. et aduersus litteras Aplicas S.mi D. N. Papæ Urbani sub anulo Piscatoris de more expeditas
uidendum illas transum., et exemplari, et in hanc publicam transumpti formam redigi mandari, nostramq. et Curiæ nostræ authem. pariter, et decretum desuper necessarium, et
opportunum interpon. per audientiam litterarum contradictarum S.mi D. N. Papæ, ut moris est citari mandauimus, et fecimus ad diem, et horas infrascriptas, quibus omnibus audientibus comparuit
coram nobis D.nus R. P. D. Martinus della Serra Soc. Jesu proc. Hispalen. dd. Antonij, et Marianæ principalium Instantium procurator et d.o nomine prenominatas litteras aplicas inferius
insertas facto reali, et in scriptis exhibuit, et produxit, quas quidem litteras Aplicas ad manus nostras recepimus, uidimus, legimus, et diligenter inspeximus, et quia sanas, integras,
illesas, et non cancellatas, uitiatas, nec aliqua illarum parte suspectas, sed omni prorsus uitio, et suspicione carere reperimus, easdemq. litteras aplicas per notarium nostrum
pub. transum., et exemplari et in hanc pub. transumpti formam redigi mandauimus et fecimus, uolentes, et authoritate Curiæ nostræ decernentes, et statuentes, quod huic transumpto
cum eisdem litteris originalibus diligenter auscultato, et collationato, et decenter concordato in antea talis, et tanta fides in Jud.o et extra adhibeatur qualis, et quanta eisdem litteris originalibus daretur, et
adhibetur, ac daretur, et adhiberetur si litteræ ipsæ in medium exhibitæ, et ostensæ forent, quarum quidem litterarum Aplicarum tenor talis est. Ut a tergo Dilecto filio officiali Hispalen., intus uero Urbanus
Papa viij. Dilecte fili salutem, et Aplicam bened.nem. Oblatæ nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Antonij de Mello laici, et Marianæ etiam de Mello mulieris Hispalen. petitio continebat, quod ipsi, qui
ut asserunt de nobili genere procreati existunt ex certis rationabilibus causis animos eorum mouentibus, et ad obuiandum litibus super rebus magni momenti, quæ inter eos oriri formidant
quæ iam ortæ sunt, ac pro familiæ conseruatione, et bonorum in ea cupiunt inuicem matrimonialiter copulari, sed quia secundo consanguinitatis gradu in linea equali inuicem sunt coniuncti
desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absq. Sedis Aplicæ dispensatione. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eis desuper de opportunæ dispensationis gratia prouidere de benignitate
Aplica dignaremur. Nos igitur certam de premissis notitiam non habentes, ipsosq. exponentes à quibusuis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisq. ecclesiasticis sententijs, censuris, et pœnis
à Jure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, et absolutos fore censentes huiusmodi
supplicationibus inclinati discretioni tuæ, de qua plenam in Dno fiduciam habemus, per presentes committimus, ut deposita omni spe cuiuscumq. muneris, aut premij etiam sponte oblati
à quo tamen omnino abstinere debere monimus de premissis te diligenter informes, et si per informationem eandem preces ueritati niti reperieris super quo conscientiam tuam oneramus
cum eisdem exponentibus, dummodo tamen d. Mariana propter hoc rapta non fuerit, quo impedim.to 2.i consanguinitatis gradus in linea equali huiusmodi, ac Constitutionibus, et ordinationibus
aplicis, ceterisq. censuris quibuscumq. non obstantibus matrimonium inter se publice seruata forma Concilij Trid.ni contrahere, illudq. in facie eccl. solemnizzare, et in eo postmodum
remanere libere, et licite ualeant aplica auctoritate dispenses prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando. Volumus autem, quod si tu spreta monitione nostra huiusmodi aliquid
muneris, uel premij occasione dispensationis pred.æ exigere, aut oblatum recipere temere presumpseris excommunicationis sententiam incurras. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum
sub anulo Piscatoris die 15 Martij Anno Dni 1632 Pontus nostri anno nono. M. A. Maraldus loco + anuli Piscatoris. Super quibus omnibus, et singulis tanquam rite, recte, et legitime factis
authem ordinariam nram, et nostræ Curiæ pariter, et decretum interponendum duximus, et interposuimus per presentes. **In quorum** omnium, et singulorum fidem &. Dat.
Romæ ex edibus nostris Anno à Natiuitate Dni nri JC millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, Inditione decima quinta, Die uero uigesima tertia mensis Martij, Pontus S.mi in Xpo
Pris, et D. N. D. Urbani diuina prouidentia Papæ octaui anno eius nono. presentibus ibidem D. [illegible] Floridi, et Cesare Columna connotarijs testibus ad premissa omnia et singula uo-
catis, habitis, specialiter, atq. rogatis.

Ego Bernardinus Pasquettus Causarum Curiæ Cameræ Aplicæ notarius = [illegible]
de premissis rogatus pres. transumpti instrum. subscripsi et publicaui requisitus

rtl. 125

Copia transumpti in [illegible]

Perg. 37
BIBLIOTECA DE FILOSOFÍA Y LETRAS MADRID